



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Dissertationes Juridico-Theologicæ De Jure, & Justitia

Karchne, Simon

Augustæ Vindelicorum ; [Graz], 1714

§. I. An simplex promissio in materia gravi obliget graviter in conscientia ad rei promissæ dominium ex fidelitate, ac justitia transferendum?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40013**

§. I.

*An simplex Promissio in materia gravi obliget graviter in  
Conscientia ad rei promissæ Dominium ex fidelitate, aut  
Fuslita transferendum?*

210. **P**romissio homini facta est voluntas seria exterius manifestata obligans ad non retractandum actus fidelitatis; quando hæc virtus inclinatur ad faciendum bonum, quod quis citra obligationem proponit se facturum, dicitur propositum Wadingus *hic Disp. 1. dub. 4. §. 1. num. 9.* ut igitur promittentem obliget alteri tria requirit: nempe animum serium se obligandi, actum externe proditorium animi, & ex parte promissorum acceptationem, hoc sequitur ex numero priorum. Promissio antecedenter ad acceptationem Promissorum vocatur in iure Pollicitatio, quæ per accessum acceptationis dicitur, & est propriè promissio, Haunold. *tract. 9. n. 1.* notans *n. 3.* objectum voluntatis promissoriæ esse hoc, nempe oppositum rei promissæ reddere illicitum, nam post acceptationem iure naturæ obligat, inducit enim naturam pacti, pactum autem obligat iure naturali *cap. dictum 3. de pactis.* Ut autem acceptatio valeat, dum absentis sit promissio, non sufficit intimatio promissionis facta per quemvis nuntium, sed hic debet esse specialiter missus à promittente Sanch. *de matrim. L. 1. Disput. 6. n. 3.* quia sine tali notificatione nequit inducere formam pacti, consistentem in voluntate

duarum unione, seu utriusque mutuo consensu, dum Cajus promissam rem Titio per nuntium ad eundem expedivit, sed antequam donatio aut promissio fuerit à Titio acceptata, aut res ad promissarium Titium perlata, hic moritur.

Ex hoc solvitur quæstio non ignobilis, quam Sanch. *num. 5. & 6.* Laym. *lib. 3. tract. 4. c. 1. n. 4.* discutit, an si Donator post promissam E. g. pecuniam, hancque missam, antequam sit perducta ad promissarium, seu Donatarium, moriatur, donatarius possit acceptare pecuniam, & vicissim, si donatarius decedat citius, quam pecunia sit acceptata, hæredes Donatoris debeant pecuniam Donatorio permittere? Affirmat utrumque Sanch. quia ex parte Donantis in utroque casu est donatio valida, & perfecta, etsi revocabilis, supponiturque non revocata, ergo in primo casu hæredes Donatoris utpote representantes eundem debent adimplere ejus voluntatem, in secundo verò pariter hæredes Donatorij representant donatarium, ergo licitè, & validè acceptant.

*Resp.* Probabilius negativè cum Laym. *n. 5.* Molin. *Disput. 263. ex L. 2. c. de donat. ibi: Si quis Donaturus mihi pecuniam dederit alicui, ut ad me defer-*

D d 2



deferret: & ante mortuus fuerit, quam ad me perferat. non fieri pecuniam Domini mei constat. Sed Donatarius fieret Dominus pecuniae, si posset à Donatio acceptari in primo casu, & in secundo, si hæredes Donatoris tenerentur. Ratio est, ex *Gloss. in cit. L. ideo Donatarius in primo casu fieret Dominus pecuniae*, quia mandatario nomine à Domino traditam acciperet, sed hoc fallit in isto casu, quia mandatum expirat morte mandantis *text. §. praterea Instit. mandati.*

Hinc rectè concluditur quod promissio facta homini ante acceptationem à pollicente sit revocabilis *Laym. n. 3. Pirhing. de pactis n. 2.* Econtra promissio DEO facta deliberate emissa statim obligat, ita omnes Theologi, & Canonistæ cum *S. Thom. 2. 2. q. 88. Art. 1. in Corp.* DEUS enim cum sit cordium inspector, quamprimum cognoscit, acceptat; quam cognitionem cum homo habere nequeat sine actu externo, sit, ut nec hoc acceptari valeat.

Quapropter cum promissionis, quæ fiunt Ecclesijs, aut alijs causis pijs principaliter fiant DEO, consequens est, easdem à DEO instar voti acceptari: Idque confirmatur à pollicitatione facta ex causa justa Reipublicæ, aut civitati, quæ mox obligat citra specialem acceptationem: uti constat *ex toto titulo ff. de pollicitat.* quia Princeps propter bonum publicum pollicitantem per legem latam obligare potuit, ac voluit, etsi pollicitatio nondum sit accepta *Pirhing de pactis num. 2. Laym. num. 3.* uterque negans hoc habere locum in pollicitatione facta, Ecclesiæ, & alijs pijs locis, quia jus nul-

lum statuit, ut hæc pollicitatio transeat in promissorem obligatorium sine consensu Ecclesiæ, nisi ex intentione pollicitantis haberet vim voti, at verò respectu Reipublicæ jus specialiter statuit. Verum assertum nostrum prævalet, quia licet singulari lege non sit cautum de Ecclesia, & causis alijs pijs, sufficit esse cautum lege Generali disponente, ut Ecclesia, &c. parificetur, gaudeatque eodem favore per *textum L. fin. Cod. de sacrosanct. Eccles.* proinde gaudeat jure civitatis, omnibusque privilegijs Reipublicæ, *Michel n. 5. ex Parbos. de Axiomat. Lib. 4. c. 11. n. 6.*

Promissio alia est onerosa, alia gratuita, prima dicit mutuam inter promittentem & Promissarium obligationem, talis inest omni contractui oneroso. Secunda, quæ etiam simplex, sive nuda promissio dicitur, est spontanea, sive liberalis, ac deliberata voluntas fidem alteri obligans ad aliquid præstandum licitum, & possibile.

Ut sit spontanea debet esse libera ab omni coactione, vi, metu injustè incusso, fraude & dolo, ac deceptione, per ly deliberata secundum communem, & veram sententiam intelligitur plena advertentia ad substantiam promissionis, proinde excludit errorem ac ignorantiam circa substantiam rei aut qualitatis per se intentæ à promittente, aut causæ finalis principalis sive motivæ ad promittendum, & cum impossibilibus, & illicitis nulla sit obligatio, sequitur posse promitti duntaxat licita, & possibile.

Quod promissio seria onerosa obliget sub peccato ex genere suo mortali, & quidem ex Justitia consentiant omnes. Difficultas præsens est de simplici promissione



sione acceptata in materia gravi facta ex serio animo se obligandi, an sit obligatoria sub mortali ex virtute fidelitatis, aut justitiæ.

Triplex est sententia apud Sanch. *L. 1. de matrim. Disput. 5.* prima quod obliget sub mortali ex justitia, secus ex fidelitate, secunda quod obliget mortaliter ex fidelitate. Tertia cum Molin. *Disp. 262. Lugo &c. D. 23. à n. 90.* distinguit quod si promittens intendat se obligare ex justitia, inducat mortalem obligationem, venialem verò si ex fidelitate.

211. Dico cum tertia Sententia nunquam permissio simplex obligat sub mortali, nisi promittens intendat se obligare ex justitia, qualiter intendit, quoties vult se graviter obligare; quando autem simpliciter intendit se obligare in materia gravi immemor, ex qua virtute, nec cogitans expressè de gravi, aut levi obligatione, prout fit frequenter, est obligatio solum levis inducta à fidelitate.

Probatum prima pars: promittere ex fidelitate est fidem dare alteri de re facienda; sed hanc fidem dare est se obligare solum sub veniali; dare enim fidem alteri de re facienda est obligare se, quod verbis concordent promissa, sive facta verbis promissorijs, hoc enim est proprium fidelitatis, sicut proprium est veracitatis, quod verba concordent menti, sed veracitas obligat solum leviter, ut verba concordent menti, secundum receptam Sententiam, ergo etiam fidelitas obligat solum leviter, ut verba concordent factis. Consequentia probatur, sicut enim veracitas in assertis suis exigit ab audiente fidem, ita fidelitas fiduciam à promissario circa rem promissam, ad quam illi nullum jus strictum competit, quia tota ma-

litia opposita est delusio dictæ spei, quæ nequit esse gravis; per eam enim fit indignus fide in promissis, quæ turpitudine nequit esse gravis, licet sit contra humanam Societatem à paritate mendacij, quod secluso damno, aut scandalo est ex genere suo leve secundum plerosque contra aliquos scotistas, quia nullius jus læditur.

Pars secunda probatur: obligare se ex justitia per promissionem est velle transferre jus in promissarium ad promissum, & se constituere Promissarij debitorem, perinde ac si pretium accepisset pro re promissa, atqui hæc voluntas obligat sub mortali in materia gravi, nam Promissarius per eam acquirit jus proprietatis ad rem inducens in materia gravi obligationem mortalem, posse autem gratuita voluntate tale jus transferri in alterum constat in donatione acceptata.

Pars tertia sequitur ex prioribus duabus; intentio enim se graviter obligandi est voluntas se obligandi ex virtute potente graviter obligare, ergo cum fidelitas nequeat graviter obligare, sed justitia sequitur, quod intendat se ex hac obligare.

Pars quarta probatur: quando non constat specialis intentio promittentis, obligatio est commensuranda naturæ promissionis, sed hujus erga hominem etiam in materia gravi non obligat, nisi leviter, est enim actus fidelitatis, cujus obligatio ut probatum est non excedit levitatem.

212. Objicies primò promissio firmata Chyrographo obligat ex justitia, proinde mortaliter ex genere suo, ergo etiam non munita Chyrographo, quia hoc in foro conscientie nihil obligationis addit.



Secundò omnis pactatio acceptata obligat ex iustitia, sed omnis promissio acceptata est pactatio, ergo.

Tertiò promissio DEO facta ex genere suo obligat graviter obligatione distincta à iustitia, ergo etiam Promissio facta homini.

*Resp.* Ad primum antecedens esse verum, quando non constat de animo se obligandi ex pura fidelitate, præsumitur enim animus se obligandi graviter, consequenter ex iustitia, secùs si constet oppositum.

Ad secundum major est vera de pa-

cto ex iustitia obligante secùs de obligatione gratuita titulo solius fidelitatis.

Ad tertium est disparitas quod violatio fidei DEO data sit gravis irreverentia contra Religionem, secùs violatio fidei data homini propter diversitatem Excellentie personæ, idque constat à pari, quod vocare Deum in testem falsi sit mortale Juramentum, secùs vocando hominem in testimonium falsi. Hinc etiam constat, cur promissio simplex homini facta cum Juramento obliget mortaliter non titulo fidelitatis, sed Religionis.



## §. II.

### *An Promissio Turpis sit valida, & obligatoria ex Iustitia.*

213. **N**omine turpis promissionis intelligitur hic non solum actus contra legem obligatoriam aliquid promittens, ut si quis paciscatur cum femina pro quaestu Corporis, cum sicario pro homicidio &c. sed etiam actus virtuosus, ut si Judex pro sententia ex iustitia debita exigat pretium, & hoc promittat litigans, quæ promissio est turpis ex parte Judicis.

Certum est primò, quod nullus habeat jus ad actum ut licitum in sensu composito prohibentis legis talem actum, nec jus ad valorem actus stante le eundem irritante, aliàs haberet jus, ut in sensu composito actus prohibiti, aut invalidi hic non esset prohibitus, aut invalidus, quod est Chymericum. Hinc.

Certum est secundò, quod omnis contractus inducens ad peccatum sit res-

cindendus, proinde promissio, aut datio pretij pro exequendo actu turpi ante hujus executionem nullam inducat obligationem absolutam; aliàs dans pecuniam Judici pro ferenda injusta sententia (si Judex eam acceptans reprømitteret iniquam sententiam) acquireret jus ad ferendam injustam sententiam, quod est contra jus naturale unde *Cap. in malis causa 22. q. 4.* dicitur *in malis promissis rescindo fidem, in turpi voto muta decretum, quod incautè vovisti ne facias, impia enim est promissio, qua scelerè adimpleatur.*

Certum est tertio, quod habens Dominium non ligatur quoad valorem actus, etsi usus jus sit prohibitus, valide actum etsi illicite exercent, ut patet primò in donatione pecuniæ ex fine allien-